MONUMENTA
GERMANIAE

Alamanie accepit filiam comitis de Tyrolo, cum quo postea expugnavit regem Bohemie, qui occupat[1] Austriam, Styriam et Carinthiam, que sibi debebantur iure ratione regni Alamanie sive ratione imperii. Vir fuit probus in armis et prudens deditque partim Karnie[2] comiti de Tyrolo et ducatum Austrie Petro filio suo. Cui successit frater eius Albertus postea rex Romanorum, quem interfecit Johannes filius Petri predicti, quia sibi ducatum abstulerat. Propter quam occasionem[3] fugitivus fuit et tandem tempore Henrici VII. Pisas iens et de mandato imperatoris capitur, carceratur et in carcere moritur. Processit eciam contra filiu[m][4] regis Bohemie comminans eidem de regno, quasi iuisset[5] contra dominum suum, sed amicis mediantibus receptus in gratiam gener regis efficitur.

Ab huius[6] Rudolfo Nycolaus papa IIIus requisivit, ut Roman-

[1] ita c.; occupaverat Murat.
[2] Karniole?
[3] occõnem c.; occisionem Murat.
[4] filiu c.
[5] quod Mur.; q. c.
[6] ita c.; hoc Mur.